Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26045
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Huiusmodi putruit et fetuit dum se deserti. Magis dum se in deserti. quam in ablatum est
quod volebat auferri ut illa infirmitas sanaret. Hoc enim invenit in voce medici.
Sufficit tibi gratia mea. Illa virtus in infirmitate perficitur. Unde igitur scis quod non vult te sana
re dominus. Adhuc et expedit flagellari. Unde scis quam putrem et quod secat medicus agens
ferrum propter vita. Nonne novit modum quid faciat quisque faciat. Nunquid ululat
ei quem secat retrahit manum medici artificiose secantis. Ille clamat ille secat.
Crudelis qui non audit clamantem. An poci misericors quia vult primum praestet ut sanitatem egro
tum. Haec fratres mei ido dicit. nequis quaerat aliquid in auxilium dicit quando forte malique cor
reptione domini sumus. videre ne peratis. videre ne a bagno recedatis. et a leone de
voremini. Ducum igitur quare hora decima sequenti videamus. Erat andreas frater symo
nis petri unus ex duobus qui audierant ab iohanne et secuti fuerant eum. Invenit hic
symonem fratrem suum. et dicit ei. Invenimus messiam. quod est interpretatum xpc. Messias e
braice. unctus latine. xpc est grece. Ab unctione enim dicitur xpc. Chrisma une
tio est. Grece igitur xpc unctus. Ille singulariter est unctus. praecipue unctus. unde omnis
xpianus ungunt. sed ille praecipue. quomodo in psalmo dicit. audit. Propterea unxit te
dominus dominus tuus oleo exultationis. prae participibus tuis. Participes ei omnes sci. sed ille
singulariter sanctus sanctorum. singulariter unctus. singulariter xpc. Et dixit eum ad ihm.
andreas. fratrem suum symonem. Intuitus autem ihc dixit. Tu es symon filius iohis. tu
vocaberis cephas. Quod interpretatur petrus. Magnum quod dominus dixit eum filium esse iste
Quod magnum domino. omnia nomina sanctorum suorum sciebat quos ante constitutionem mun
di praedestinavit et muratis quod unum hominem tuum filium illum et tu vocabe
ris illud. Magnum quia mutavit ei nomen. et fecit de symone petrum. Petrus autem
a petra. petra ut ecclesia. Ergo in petri nomine figurata est ecclesia. Et quis secu
rus. nisi qui edificat supper petram. Et quid ait ipse dominus. Qui audit verba hac mea et fac
et. similabo eum viro prudenti edificanti supper petram. Non cedit temptationibus
descendit pluvia. venerunt flumina. flaverunt venti. et impegerunt in domum
illam et non cecidit. fundata enim erat super petram. Qui audit verba mea et non fac et.
illum unum quisque nrm timeat et caveat. similabo eum viro stulto qui edificat do
mum suam super arenam. Descendit pluvia. venerunt flumina. flaverunt venti.
et impegerunt domum illam. et facta est ruina eius magna. Quid prodest quia intrat ec
clam. quia vult super arenam edificare audiendo enim et non faciendo. edificat
quidem sed super arenam. Si enim nihil audit. nihil edificat. Si audit edificat.